

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 49r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

terre tradent in manus dyaboli gladij
et partes vulpium erunt hoc est ipsorum de
monum qui sunt fraudulenti et nequissimi
in omnibus ad nocendum. Et hac se
parationis pena sic dicit Crisostomus in libello
de reparatione lapsi. Non nulli imperitorum
putant sibi satis esse et optabile vi
deri si tantum careant iehenna. Ego autem
multo graviores quam iehenna est dico
esse cruciatus removeri et abici ab
illa gloria. Unde idem Crisostomus super
illud Mathei 3. Excidetur et in ignem
mittetur. Intollerabilis est res iehenna
quis nesciat et supplicium horribile
tamen si mille quis iehennas ponat
nichil tale est dicturus quale est ab
honore illius glorie pro pelli et exosum
esse Christo. Nam secundum Augustinum reprobi
mallent omne tormentum sustinere quam
videre faciem iudicis irati. Unde
Iohelis 2o. A facie eius contremuit
terra moti sunt celi sol et luna ob
tenebrati sunt et stelle retraxerunt